



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

In Librvm Hymnorvm Piorvm. Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

IN LIBRVM HYMNORVM PIORVM.

Præfatio.



Coloss. 3.

Hymnorum ac spiritualium cantionum etiam in Christi Ecclesia vsum celebrem ac retulisse suisse. (vi alia prætermittamus) vel inde satu liquet, quod eloquentissimus ille Philo Iudæus (quem ad colloquium Principis Apostolorum Petri, Romæ Divinum verbum concionans fama est peruenisse) libro illo, qui de Vita contemplatrice inscribitur, affrat eiu seculatores quos hæc virtus appellat, quos certum est Christianos suisse, apud Alexandriam, non solum contemplationi vacasse, sed nonos etiam hymnos, carmina & laudes in Deum omni genere graviorum numerorum, atq; rhythmorum compoisse. Quod postmodum ita constat tot terrarum orbe ab Christi fidelibus receptum, ut usque in hunc diem in sacris editibus hymni Deo consoni vocibus promantur. Ex qua re vel id vnum perspicue potest intelligi, magnam in eiusmodi pietatis officio messe utilitatem. Testatur hoc Apostolus ipse, qui etiam ad primatum decantados hymnos Christi fideles adhortans, ita scribit: **Verbum Christi** habiter in vobis abundantanter in omni sapientia, docentes & commonentes vos metipso psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Inde factum est, ut viri sanctissimi ac eruditissimi, alijs post alios dulces ac tinnulos consercent hymnos, quibus psallentium animi in Deum suauius inflamentur. Quos initiatus noster Lansbergius, multos etiam ipse hymnos composuit, cum primis pios, ac eruditos, quibus torpentes animi si in silentio suauiter attenta & rucunda cordu modulatione decantentur, possint haud vulgariter incitari ad amorem Christi. Vbi aliquid manibus operandum est, ne animus nimium sece in externas actiones effundat, utilissimum est piam aliquam eius generis cantionem mente depromere vel etiam ore, si cuius sic magis libeat. Deinde etiam cum inordinatus moror vexat hominem, pellendus essent certe mutuandus hymni & cantici spiritualibus, accederet eo autoritate Iacobi Apostoli, ita dicentis: **Tristatur aliquis in vobis, orer & quo animo aut psallat.** Nam vero qui necedum possunt penitus contemplatione libere sursum ferri, in eiusmodi hymnis per rhythmos digestu, quales sere sunt Lansbergij nostri, id habent commodum ut sub paucis verbis magna ipsis proposita materia meditandi, scilicet possint animum ab enagationibus collubore, sece occupare fortius in Deo, eidemque felicitate unire in interiori homini, si brevitatem verborum in piam meditationem, vel mentis ad Deum aspirationem extenderit, & mente excedant in Deum. Quia nos propterea commemorata volumus, ut lector maiori studio excipiat. **Hymnos Lansbergianos**: non enim tenevere vir ille his consciendu nauazit operam, sed propria doctus experientia, quantum eorum profectus vobis, scripsit eos in rem suam & piorum omnium. Nec est quod quisquam in eis causetur non esse carmineum leges exactè obseruatas: satis fuit viro optimo & pessimo iuuare pietatem. Certe etiam in plenisq; hymnis ecclesiasticis negligunt esse syllabarum quantitatem apertissimum est, ut hic non commemore plerosq; doctissimos viros hac in parte suisse negligentiores. Nihil hoc admodum refert, modo verborum sensus pius sit. Denique paucis hoc adisciendum puto: studiosos bonarum artium, & quotquot studijs intenti sunt, Christo rem gratissimam & sibi consultissimam facturos, si subinde remissa acri in studia animi intentione, atque in hymnum secum dulciter concinant: quemadmodum de illo eruditissimo ac nobilissimo viro Joanne Pico Mirandulano literis annotatum est.

Hoc enim decet maximè Christianum, scepè animum renovare ad Deum, & in illum omnia sua dirigere. Vale optime

Letter.

D. IO.

